



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Admonitio senis, qui morabatur in Sciti, facta cuidam monacho ne
ingrederetur tabernas. Capvt CXCIIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

turbatiorem ostēdere, dixitq; ei: Et vbi fuisti vsq; modo? Pater tuus ante decē annos defunctus est. Perge, nolo tibi nunc respōdere. Qui dixit illi: Veraciter, mi domine, nō ego illud habui, sed Dispensator illud habebat, & nesciebam. Sed Deus ipsius miseratur, quia modō ipsum mihi reddidit, dicēs se illud inter chartas suas domi inuenisse. Pōtifex verō illū interim remisit dicens: Deliberabo mecum, seruato apud me chirographo. Post vnā igitur hebdomadam redijt ad Episcopū iunior, iterūq; deprecabatur eū. Ille autē quasi nihil ei dare vellet, dicebat: Quare tantū distulisti proferre chirographum? Dixit illi adolescens: Mi domine, scit Deus quia non habeo, vnde familiam meam nutriam. Itaque si Deus, inspirat vobis, miseremini mei. Tunc dixit illi sanctus Appollinaris, fingens se illius precibus cedere. Summam quidem integram ego tibi restituam; hoc autem obsecro, mi Domine frater, ne à sancta hac Ecclesia vsuras exigas. Tunc procidens illi adolescens ait: Quicquid voluerit, & iusserit mihi Dominus meus, hoc faciam; & si ex principali summa placet minuere aliquid, minue. Dixit illi Episcopus: Non id quidē. Satis est, si nobis vsuras dimittis. Tunc proferens quinquaginta auri libras dedit ei, & dimisit eū, orans eum pro vsuræ remissione. Hoc opus summi Appollinaris, ista sancta illi⁹ ars, atq; misericordia. Ita verō Deus iuueni cooperatus est per sanctam eius benedictionē, vt ex tanta inopia emergeret, atq; in priorē suum statū, ordinemq; remearet, plusque etiā quam parentes sui, opū ac pecuniarū copia excelleret, ac p. eterea magna lucra animæ consequeretur.

*Admonitio senis, qui morabatur in Sciti, facta
cuidam monacho ne ingrederetur tabernas.*